

### Signum Crucis

In nomine Patris, et Filii, + et Spiritus Sancti. Amen.

### Symbolum Apostolorum

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae.

Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum:

qui conceptus de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine,

passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus:

descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis:

ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis:

inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam,

Sanctorum communionem, remissionem peccatorum,

carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

### Oratio Dominica

Pater noster, qui es in caelis; sanctificetur nomen tuum;

adveniat regnum tuum;

fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo. Amen.

### Ave Maria

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus

fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

### Doxologia Minor

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

### Oratio Fatimae

Oh mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni,

conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua. Amen.

### Salve Regina

Salve, Regina, Mater misericordiae; vita, dulcedo et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exules filii Hevae; ad te suspiramus, gementes et flentes

in hac lacrimarum valle. Eia ergo, advocata nostra,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte,

et Iesum, benedictum fructum ventris tui,

nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Pray for us, oh Holy Mary Mother of God. That we made be worthy of the promises of Christ. Let us pray..

Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus. Deus, cujus Unigenitus per vitam mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede, quaesumus; ut, haec mysteria sanctissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur quor continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem Dominum. Amen.

#### Mysteria Gaudiosa

Primum mysterium est: Annuntiatio Beatae Mariæ Virginis

Secundum mysterium est: Visitatio Beatae Mariæ Virginis ad Sanctam Elizabethem

Tertium mysterium est: Nativitas Domini nostri Jesu Christi

Quartum mysterium est: Praesentatio Pueri Jesu in Templo et Purificatio Beatae Mariæ Virginis

Quintum mysterium est: Inventio Pueri Jesu in Templo

#### Mysteria Dolorosa

Primum mysterium est: Oratio in horto Domini nostri Jesu Christi

Secundum mysterium est: Flagellatio Domini nostri Jesu Christi

Tertium mysterium est: Coronatio spinis Domini nostri Jesu Christi

Quartum mysterium est: Bajulatio Crucis Domini nostri Jesu Christi

Quintum mysterium est: Crucifixio et mors Domini nostri Jesu Christi

#### Mysteria Gloriosa

Primum mysterium est: Resurrectio Domini nostri Jesu Christi a mortuis

Secundum mysterium est: Ascensio in caelis Domini nostri Jesu Christi

Tertium mysterium est: Adventus Spiritus Sancti in discipulos et Beatae Mariæ Virginis

Quartum mysterium est: Assumptio Beatae Mariæ Virginis ad caelum

Quintum mysterium est: Coronatio Beatae Mariæ Virginis in caelis

#### Mysteria Luminosa

Baptisma Iesu Christi apud Iordanem

Autorevelatio Domini Nostri Iesu Christi apud Cananense matrimonium

Proclamatio Regni Dei coniuncta cum invitamento ad conversionem

Transfiguratio Domini Nostri Iesu Christi

Institutio Eucharistiae, quae nempe sacramentalis est paschalis mysterii declaratio.